Fragmentarium

consideranda sunt nob· unū qđ a se poposcit auferri· alterū qđ
sibi postulauit attribui· Petiuit enī deleri iniquitates suas· cor
autē mundū in se creari· & spm̄ rectū innouari in uiscerib; suis·
Qđ est autē iniquitas· nisi praua cupiditas· Et qđ est cordis mun
ditia· nisi scā dī & pximi caritas· Dicens igitur ppheta· Auer
te faciem tuā a peccatis meis· & omś iniquitates meas dele· statimq;
subiungens· cor mundū crea in me ds· & spm̄ rectū innoua in uisceri
b; meis· qđ aliud dixit· nisi dele a me maculā praue cupiditatis· &
dona mihi grām caritatis· Aufer a me cupiditatē pquā possū damna
ri· & dona mihi caritatē pquā merear coronari· Aufer a me cupi
ditatē ppter quā in tormento sine intermissione doletur & gemitur·
& dona mihi caritatē pquā in cęlo sine fine regnatur· Si enī habue
ro caritatē quā debendo reddam· & reddendo debeam· non timebo ini
quitatē· quā sine fine dolendo psoluam· Bene igitur pcipit aptus· ut
nemini quicquā debeam· nisi ut inuicē diligam· Hoc enī debito aufere
tur a nobis cumulus omium delictoꝝ· Quia caritas cooperit multitudi
nē peccatorū· Nemo autē putet frś sic a nobis oportere caritatē reddi· ut
reddita desinat aliquando deberi· Cū enī redditur plus debetur· & eo
magis acquiritur quo redditur cū debetur· Nā qui se caritatis non sēp exis
timat debitorē· non se debito gaudeat absolutū· sed dono caritatis lugeat
destitutū· Neq; enī habet caritatē quā reddere desistit· quia pdigus
debitor non reddendo pdidit· quā ut sēp redderet & sēp deberet accepit·
Quo circo tunc se nouerit pdidisse qđ acceperat· dū non reddiderit qđ debe
bat· Sed dicit aliquis; cui hanc debeo· uel cui hanc me oportet reddere
caritatē· Respondemus caritatē omnibus hominib; ēē reddendā· id est no
tis & ignotis· & bonis & malis· & amicis & inimicis· nā cū beatus aptus
dicat· Ergo dū tēpus habemus operemur qđ bonū est ad omś· maxime autē
ad domesticos fidei· Euidentē ostendit qđ & in opere caritatis sit quidē alius
alio pferendus· nemo tamen sit a caritatis beneficiis excludendus· Caritas itaq;
illa scā pura· & ut pprie dicam caritas xpiana· quę patiens ē· quę benigna est·
quę non emulatur· quę non agit perperā· n̄ inflatur· n̄ est ambitiosa· n̄ quę
rit quę sua sunt· n̄ irritatur· n̄ cogitat malū· n̄ gaudet sup iniquitatē cgau
det autē ueritati· Quę omā suffert· omā credit· omā sperat· omā sustinet·

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.6, 1v – Fulgentius, Homilia de caritate
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-qn6h/5140/49166)